



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ad spectra: ac iuris consultiss. viru[m] D. Henri: Scmidbur:
Cancellia: [et]c. Epistola excusatoria. F. Mathei Hiscoldi
Benedictini Posaugiensis. V. S.**

Hitzschold, Matthäus

[Wittenberg], 1519

VD16 H 3970

urn:nbn:de:hbz:466:1-32688



positiones de ...
 Sermo de penitencia
 Resolutioes Disputationum de ...
 Ein Sermon von dem ablass ...
 Verlegung ...
 Ein ...
 Salustia ...
 Responsio Martini ad ...
 Responsio Salustia
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & ...
 Disputatio & ...
 De ...
 Prosa septa ad ...
 Resolutio sup ...
 Alia resolutio de ...
 Resolutioes sup ...
 Oratio Io hngij ...
 Disputatio prima Etkij & ...
 ad ...
 Disputatio secunda ...
 Disputatio tertia ...
 Epistola philippi ...
 Defensio philippi ...
 Constatioes Guavij ...
 Epistola Emperij ...
 Ad ...
 De Venatione lutheriana ...

Solimones doctor Wittenbergam
Johanne Corcorano de Nully Wittenbergam &
Nemid. Leipzig & alia quorundam
Con. maligum Jo. Eckii Auditorium
Ad Jo. Eckii Epist. Martini sup. expungendo Ecumenica
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio pauperum

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harmsen in: *Das. Katalog* 328.

Ad Specta: ac iuris consultis.
 virū D. Henrici Schmid-
 bur: Cancell-
 la: ꝛ.

Epistola recusatoria.
 f. Mathei Hiscoldi Benedic-
 timi Posauientis.
 V. S.

9 9

pp

IHVSVS.
PRAESTANTISSIMO DOMINO HEN-
rico Schmidburgo cesar. ac Ponti. iuris consultis,
Reuerendis. in ChroPa. & Illustris. Princi. ac Dñi
D. Philippi Epi Frisingensis & Eccle. Numburgū
administra. comitis Pala. Bauarięq; Ducis. Cancel-
lario &c. Patrono suo colendo. F. Matthæus
Hiscoldus Benedictinus Posaugi. Cenobij obser-
Bursfelt. Salu. in Christo optat.

Candida tua in me volūtas, summaq; humanitas
Prestantis. vir, facit profecto me anxie meditari,
quo vnq; pacto tuis in me studijs ac beneuolentijs
aliqua ex parte satisfacere possim, ne illa teterrima
ingritudinis pestis, cuiusq; boni viri iudicio mihi
iure impingi possit. Accepi namq; iam pridem lras
tuas in quibus vehementer admiror animi tui tum
candorem tū integritatē. Vt te felicē credas in hoc
seculū natū vbi non modo doctis. sunt per ger-
maniā. Sed adeo Germani quoque vt vniuersum
eruditōis suę non sibi, sed alijs impendāt hoc est
Christianissimi.

Congratularis itē mihi quod me adhaerendas
bonas & sacras lras VVITTENBERGAM ad
D. Martinū Lutherū contulerim & si pler. scq; etiā
nostratibus inuisas vbi quicquid est bonag; disci-
plinarū docetur foelicissime vbi itē præcipiunt q;
sunt pulcherrima optima & utilissima. Nō em̄ de-
sunt humanitatis studia, quę linguā & ingenū col-

colunt, animū formant, & vitę hoīm plurimū com-
modant.

De scriptis Mārtini Luthe, nihil est quod dubi-
tes, nihil em̄ ἀνεξελεγκτον in ijs esse docti iudicāt.
D. Andreas Carolostadius, rara eruditione clarus,
mirabili ingenio vir, sedulo agit, vt recte in sacris
nos erudiat. Sūt & alij sacre lectiōi dediti, vnde fit
vt felicissime (optimi pleriq; venerandi sacerdo-
tes & viri religiosi de diuersis mundi partibus) in-
stituantur, qui eos audiunt & sequuntur.

Gręce doctissime traduntur a Philippo Melanch-
thone, etate iuvene, prudentia vero sene. Hebraici
sermonis studiū prospere habet. Dialectica quo-
q; ita preleguntur, (ne inferiora studia contempta
putent illi) vt inuenire & iudicare doceant, cum an-
tea nec quicquid tale ex dialecticis auditū sit cū hic verū
sit & genuinū dialecticorū vsus. Et vt vno verbo di-
cā aridet & cottidie ad labescit mihi hęc studiorū
ratio. Postremo (id quod omnium lege est optimū
& sanctissimū) sanctę illę lre ita docentur, vt nati-
uū & germanū sensum suum seruent non recipiūt
in diuersum, non lacerantur misere (vt a nonnullis
factū scimus) ipsorum verborū spū dei prolatorū
iudicio censentur, quis enim scripturę interpre-
melior quam ipsa sit, & spiritus qui eam condidit
Ezechiel inquit rotā esse in rotā, & scripturā ple-
nam oculis. Inde fit, vt verbū dñi tam sit viuax &
vi sua perueniat quorūcūq; opiniones. Ideoq; per

suadeo mihi, & dubito procul firmissimū arbitror
vt q̄ velit recte in scripturis sanctis erudiri, habeat
animū deo dignū, idest a vicijs mentē repurgatam
Immo vt is qui docere velit, non possit nisi scrip-
turam viuat, & viuendo discat. Proinde q̄ me in-
hortaris suauissime quidem, vt tui exēplo (totū ni-
mirū te deuouisti lris sacris post diui Hieronymi
invulgatos emendatissime libros) nihil minus cu-
piam, quā spinosam illam Theologā, & eos deui-
tem doctores quasi præsente hydram qui theolo-
giæ metaphysica miscentes incognoscibile chaos
effundūt, facile pareo monitis, qd̄ em̄ faceret phi-
losophia in sacris? nempe id quod canis i balneo
Sed haectenus hec

Nunc statū meae rege & infelicitatis, imo felici-
tatis meae (cū Christianis, praesertim monachis, crux
gloria sit) tibi, vt patrono non vulgari, a quo totus
pendeo, paucis aperia. Scripsi epistolā quandam
ijs diebus, quā legisti, de serie Lipsice disputatio-
nis, quā nō in hoc scripsi vt ederetur, sed vt p̄ offi-
tio, exēplaribus nonnullis typis stanneis excusis,
amiculis meis mitterem, vt & scirent, qua pompa
Lipsiae disputatū esset. Sed quantū video, preter
spem, om̄ia fere loca peruidit, adeo vt eam quidam
Ulricus Schulther lacerare ausus sit, comes is fuit
Eccio i itinere dū Lipsiam peteret & exiret, edita epi-
stola exegetica, vt vocat, contra me, qui multis con-
uicijs & mendacijs, me traducere nihil veritus est.

Quem cū videam non alia causa scribere, quā vt
causam amplius scribendi querat, libens pretereo,
nec est quod respondere oporteat, nisi hæc duo.

Alterū, q̄ res ipsa cepit iam a melioribus tractari
q̄ sit ille atq; ego, atq; ipsimet duces incipiunt de/
nūo stilū mouere, & seipsos describere, vt alijs de
inceps scriptoribus, iactatoribus, adulatorib⁹, op⁹
nō sit. Cedo ergo & ego, voloq; p̄ veritate Chro
duce, etiā alias ferre iniurias, vt p̄fessionis meę, vel
ex parte respondeam sacramento.

Alterū, q̄ video illū promittere sincerā verita/
tem & tamē mendatiā in aliorū fama moliri. Etenī
fæde de me scribit qd̄ a monasterio meo recess/
serim arbitrato meo, quāsi huic vni Vtrico pl⁹ cre/
dendū sit quā **ILL. VSTRISS. AC PIENISS.**
PRINCI. ELECTO. D. FRIDERICO III
PIO SAXONLD VCI & c. cui⁹ hic ago fauore
& sumptū, & celeberr. **VVITTENBERG.** Vni/
uersitati cuius testimonio, quis sum & vnde vene
rim omnibus constat, nisi forte de mentis, ac paci
fi. **PRINCIPEM ELECTO.** & vniuersitatē cri/
minari etiam perget audax Vtricus, tanq̄ apostata/
tū patronos actutores.

Absit vt cum eo mihi rem esse velim (qualis est
Vtricus meus) qui sub professione veritatis, falsa
in hominū vitas audet fingere. Quis tandē hic vel
finis, vel modus scribendi foret, si quicquid finge/
re libuerit etiam scribere liceat, aliū querat eū quo

fingendi libidine disceptet, satis hac vna scriptura ostēdit qd autoritatis habitura sint, quę deinceps finget aut fingere possit. Vera autē an minus de Eccio suo & nostris scripserit erūt q iudicabūt. Laudet sane Ecciu, atq; etiā si libet, deū fingat, quem adoret. Modo & mihi meū sinat gaudium gestire & gratias agere deo meo q, eo loci sum quo cum viris conuersor, puram theologiam, pure docentibus, audientibus, & (quod ausim) viuentibus.

Fateri cū cogor meā saltem infelicitatē, qua in rixosa, clamosa, ventosa illa quæstionū theologia cōsumptus ac perditus, Christū nec audire nec dicere potui. Quā nō secus (vt nūc video) habendā cenſeo, atq; vinbraculū illud in vinea, & tuguriū in cucumerario, quod Isai: describit in q nec vox spō si nec vox sponsę nec vox letitię audiatur. At nra theologia vox Chri est, quā audiunt oues, metuūt fures, formidant latrones, horrescūt lupi. In qua vt illi quæstionarij, etiā Schultherran? Eccij, aliqd valuerint pmitto credi om̄ibus, qui volunt (quod em̄ non liceat credere, fingere, opinari) certe nullū huius virtutis, ad huc signū ostendere potuerūt, citā me eoꝝ lumine nature testāte Aristō. signū scientis sit posse docere.

Scribūtur quidē fingūtur, edūtur multis quotidiē libri plurimi, in qbus nomē Chri (nā de re ipsa Chri nihil speres) vel nusq̄ vel tam raro videas, vt nescias Pagani ne sint an Iudei autores eoꝝ. Qui tamē primos, pfundos, egregios sacrę Theologię


titulos sibi affingūt. Diu Hierony: Ciceronianus
verberat est. At hī Aristotelicani & quouis gentili
noīe coronabiles spectant, vt diūterre vehemēter
eiuati in q̄ re & si vniuersę Eccleę vicē doleā dolē
dāq; existimē p̄cipue Bādictinēsis p̄fessiois *fontē*
miseror quā cū videā olim fuisse eā, q̄ croceis pas
cebat, talē nūc intueor, q̄ lris sacris postpositis, &
optimo colore mutatis, stercora tpaliū rerū ample
dit. Quę p̄ suo instituto, p̄ veterę exēplo, p̄ suo
deniq; & eccleę vsu (cū suppetāt & ociū & opes)
debuerat theologor; gignendor; venter esse, & cū
sponsa h̄re ventrē sicut aceruū tritici, sicut craterē
tornatilē, turgentē scz ac plenū multis optimis fru
gib; viris, qui pascerēt p̄p̄lm Christi, & vt humana
miscem, sicut equū troianū armato milite plenū.
Verū hęc alias, ne mordaci vero teneras auriculas
radere, aliquis Vlricus schulther denuo dictet non
esse meū, atq; iterū scribendę historię noua causa
fiam scripturientibus nostri sæculi Herodotis.

Ad te reuertor vir colendis, atq; quod cœpi p̄/
sequor, scz n̄ros Vuittebergā ideo a me laudatos
atq; Iohāni Eccio prelatos, q; syncerissime Theo/
giā tractent, Christumq; purissime tradant, in quo
adeo mihi videor nihil de meo me finxisse, vt vel
omnes, vel multi saltem aduersiorum, atque hī in
ter eos optimi, meo calculo accesserint, confessi/
que sint ipsimet, vel vnum Lutherum, inaudita
per multos annos gratia & fide, literas sacras scire


& docere, adeo & inuita inuidia nō pōt huius viri
virtutem non laudare. Atq; si nemo laudaret, illius
opa ip̄a testimoniū perhibent de ip̄so. Testatur in
ter cetera, insigne quod iā laborat opus in Psalte/
riū Dauid. De Carolo studio n̄ro, quid amplius di
cā q̄ Lutherus illi vt maiori in oībus defert, sese
illius fatetur scientiē non respondere. Scio quidem
diuersa esse dona dei, alios in alijs p̄stare, nec no/
stros in oībus extolli posse. Sed in eo qđ res est
in sacris inq̄ lris, quo alijs (credo) nec laudē debitā
negauī, nec p̄cones eorū reprehendi, nec dona dei
in eis minorauī, cū oīa in oībus laudanda sint,
& nisi partiū studia facerent, oīa oīm, omnibus
oīa & cōmunia essent. Hęc volui, vir clariss. ad
te scribere, vt p̄ te amiculis nostris ratōnē redderē
eorū, quę Schultherrana fides in me nō probauit,
ne tam fœdū crimen apostasię viderer agnoscere,
& mendatijs fidem facere. Vale & seruet ampli/
tudine tuā q̄ diutissime CHRISTVS IHESVS
Data VVITTENBERGAE VII Kalen. Octo
bris. ANNO. M. D. XIX.

ou
us,
en
on
ad
tra
ele
die
re
ve
&
ter
ers
tā
ter
ire
no
cū
ca
ter
di
sta
die
la
cle
stis
ert
ste

o
re











Th
6116